Actum in Curia Regia Braslcensi feria Sexta ipso festo Transfiguration(is) Christi Domini Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo.

Bankowskich Intercisae Approbatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan(ealibus) Capitan(eatus) Braslcen(sis) personaliter comparentes Generosus Joannes Szpak Bankowsky olim Adami filius ab una Et Generosus Hieronimus Bankowsky olim Valentini filius partibus ex alia sani mentibus et corporibus existentes palam publice, ac libere recognoverunt et quilibet eorum sese pro interesse recognovit. Quia ipsi Intercisam certam inter se ratione certarum rerum et conditionum de data in Bankii Vigesima Secunda July anno praesenti confectam Manibus suis et certorum amicorum subscriptam ac Vadio Centum Floren(orum) Polon(icalium) firmatam in Omnibus eiusdem intercisae punctis et conditionibus approbant confirmant et ratificant. Eaq(ue) Omnia in praefata intercisa exarata ijdem ipsi recognoscentes tam in toto quam in quavis Minima parte cum suis successoribus tenere adimplere se submittunt et inscribunt sub Vadio Centum Floren(orum) Polon(icalium) in defectu alicuius Conditionis per partem aliquam explend(ae) ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et Coram officio praesenti Capitan(eali) Braslcen(si) in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus Controversijs exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus simplicibus et cavillosis dilationibus quibusvis Motionibus appellationibus ac caeteris sequentibus alijsq(ue) in Universum iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Vet(?) abscribendo et abrenunciando. Sub amissione suae suorumq(ue) successorum totius et integrae causae.

G. Zyczko Succamb(?) Bratlaviens(is) Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan(ealibus) Capitan(eatus) Braslcen(sis) personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Felicis Zalesky de Zalesie Ecce...

Snag(?)

Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Generoso Nicolao Zyczko Pincernae Podlachiae et ipsius legitimis successoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Wolka Zaleska consistentium in sylva dicta Zadlisia certam et integram sortem suam dictam Wydlarowska a campis Generosae Zyczkowa Matris Generosi Pincernae ad ... successorum olim Generosi Petri Rytel inter metas Nobilium Albert et Mathias Adami Zaleski iacentem Cum ... arboribus pratis et Omnibus in genere ac singulis in specie utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis ex eisdem bonis quovis modo provenientibus Nullis exceptis pura mera syncera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cuius iam exnunc intromissionem realem cum Actuali ac pacifica possessione per ... ipse acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis suis succesoribus Memoratum Generosum Pincernam Podlachiae Donatarium suum suos eius Ipsos ... ab Omni impedimento iuridico et extra iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum Cuiusvis Sexus Status et conditionis cuiusvis existentium per et Ultra Omnes Terrestres Codices ... quoties opus et necesse fuerit tueri defendere evincere Eluere tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non ... Sub Damnis ... simpliciter taxandis et edicendis. Et Coram officio praesenti Capitaneali Branscensi in primis ... Termino peremptorio responsione Omnibus in Universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se ... renunciando et abrenunciando Sub amissione causae suorumque successorum totius et integrae causae.

Eiusdem Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitanealibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparentes Nobiles Stanislaus et Petrus filii olim Martini Zaleskij dicti Nikodemczyki ipse quidem Petrus ubi iunior cum Nobilis Stanislai fratris sui Natu Senioris consensu et authoritate Sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia Generoso Nicolao Zyczko Pincernae Podlachiae et ipsi successoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Zalesie consistentium Aream suam dictam Kiselowska ... a ... Generosi Marini Brzozowska ... Generosi Erasmi Zyczko Thesaurarii Terrae Bielsensis ad Sepem ... vulgo do ... qui distinguit campos et hortos inter metas Areae Kociakowska et eiusdem Generosi Pincernae Podlachiae areae acquisitae a Nobili Stanislao ... dictae

Balcerowska